



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 37. Vicecomes unacum Papa responsis Tridentum redux.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

quid sibi novi juris inde acquireret: *Sæcul. XVI.*
 verum hæc omnia illis, quorum inter- *A.C. 1563.*
 erat, haud consultis Lotharingius pro-
 ponebat, incertus, an, necne conser-
 furi essent Galli Oratores. Tandem Ora-
 tores a lite desistebant, nec eorum mo-
 tus ultra progrediebantur.

§. XXXVII.

*Vicecomes unacum Papæ responsis
Tridentum redux.*

Porro Legatorum follicitudini quod-
 dam levamen attulit præsentia Vi- *Lettr. anec-*
cecomitis Ventimilliensis Episcopi, qui *dote. ou*
die vigesima nona Januarii Tridentum *mem. histor.*
venerat, prout ipsem in quadam epi- *du Nonce*
stola ad Cardinalem Borromæum die *Visconte t. I.*
pag. 3.
 quarta Februarii data testatur his ver-
 bis: „Die vigesima nona Januarii in
 hanc Urbem Tridentinam bonis avibus
 „adventans Papæ Legatis de legationis
 „meæ successu rationem reddidi, ac
 „nomine Pontificis salutato Cardinale
 „Lotharingio eidem nuntiavi, quod
 „Sanctitas sua prosperum Concilii ex-
 „tum ab eo sibi polliceretur. De ce-
 „tero postquam plures Patres, ac Theo-
 „logos certiores reddideram, quod San-
 „ctitas sua tandem dissidia penitus ex-
 „tincta summopere desideraret, rur-
 „sus habebantur congregations, quæ ta-
 „men interruptæ fuerant ob dissensiones

ex

Sæcul. XVI. „ex illis subortas Canonibus, in qui-
 A C 1563 „bus agebatur de summi Pontificis, &
 „Episcoporum auctoritate: quinimo op-
 „portuna occurrebat occasio die ultima
 „Februarii generalem celebrandi Con-
 „gregationem, in qua Astensis Episco-
 „pus Sabaudiæ Ducis Orator ad Syno-
 „dum admittebatur, ubi quoque qui-
 „dam innovare cupiebant propositiones
 „circa Canones, qui Sacramentum Or-
 „dinis respiciunt. Porro his diebus
 „res evenit, ex qua Hispani animum
 „refumpsere; advenit enim Martinus
 „Gastelus Secretarius ad Comitem Lu-
 „nensem eo fine decretus, ut oretenus
 „arcana consilia, quæ literis commit-
 „tere haud satis tutum videbatur, ei-
 „dem fuggereret, simulque Granatensi
 „Archiepiscopo, aliisque Nationis suæ
 „Præfulibus fidem faceret, quod eo-
 „rum agendi ratio Regi Catholico ad-
 „modum accepta foret, isque præmia
 „illis destinaret: cum ergo præfatus
 „Secretarius per aliquot dies varia Pa-
 „trum molimina explorasset, ajebat, a
 „se haud temere fidem adhiberi illis
 „rumoribus, quibus spargebatur, quod
 „Legati Synodi dissolvendæ opportuni-
 „tatem quærerent, ac Pontifex tam
 „adversa premeretur valetudine, ut
 „longioris vitae spes ei præcideretur..”

§. XXXVIII.